



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Petrus de Espinosa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

licino adhæc sago nodis  
aspero vestitus usque ad ge-  
nua. Captus, & in odium fidei  
cedendus, morti nobili se pa-  
rabat per cilicia, flagra, ieu-  
nia. Vota Societatis in car-  
cere nuncupauit coram alijs,  
plenus lachrymarum, & vo-  
luptatis. Mors illius fuit ple-  
nissima tenerimæ pietatis:  
quam subiit suspendio, &  
confuetâ carnificatione. Ca-  
put eius patibulo affixum  
fulgere radijs est conspe-  
ctum.

*P. Petrus de Espinosa.*

*Hispanus.*  
*in Para-*  
*quaria.*  
*3. Iulij.*  
*1637.*  
*Soc. 24.*

Hic tum adhuc puer in  
Hispania voto se obligarat  
defendēdæ Immaculatæ Con-  
ceptioni Matris Dei. Educa-  
tus est persanctè; quippe qui  
iucundè narrarit aliquando  
Matrem suam cum lachry-  
mis ante suum leðulum in-  
ge-

genua prouolutam dixisse  
 magno verborum pondere, *Educatio-*  
 vt mortem potius quam vli-*bona.*  
 lum lethale peccatum ad-  
 mitteret; atque vt vel umbrā  
 obscœni alicuius de honesta-  
 menti maximoperē caueret:  
 seque id obsecranti piæ Ma-  
 tri spoondisse, ac perdili-  
 genter seruasse. Virginitatē *Castitas.*  
 suam custodiuit modestiā,  
 humilitate, iejunijs, cilicijs,  
 duro humi lectulo, flagellis  
 armatam, quin etiā ab aliis  
 aliquando petiit flagellari.  
 Ia Paraquaria cùm Pauli-  
 politanorum sauitiam fu-  
 gerent Christiani, stupenda  
 tulit, factus būbulcus, lanio,  
 didascalus, omnibus omnia  
 ad animorum corporumque  
 obsequia. Noctu cùm in eum  
 irruerent barbari, & ille  
 DEV M, IESVM, MARIAM

I 3 in-

inuocaret impensiūs, execrati  
 ei ea nomina barbari respon-  
 dēre; vana esse illa nomina,  
 nec adesse illos quos voca-  
 ret. Ita illum contra blasphe-  
 mas voces piè porrò loquē-  
 tem, varièque vexatum, fisco  
 capite obtruncauere. Cada-  
 uer à tygridibus propè de-  
 uoratum; manus tamen re-  
 perta integra, digitis in Cru-  
 cem commissis. Eodem tem-  
 pore Iuliano. cuidam de So-  
 cietate, ducentarum leuca-  
 rum interiectu dissito, glorio-  
 sus apparuit, ac dixit: Benè  
 tibi sit, Frater mi Iuliane: ego  
 lætus ad Superos abeo. Iu-  
 lianus postridie narravit ea  
 quæ viderat, & audierat per  
 quietem: & postea cum cœ-  
 dis nuncio collata tempora  
 ostendere tunc id factum,  
 cùm Petrus cederetur. Quar-  
 tus.

*Eldes.**Mors.*

tus ipse fuit Petrus, post tres  
quos in Societate habuit fra-  
tres, omnes viros Apostoli-  
cos; quorum unus prædixit,  
fore ut ipse in fidei Christia-  
næ odium cæderetur. ipse  
quoque Petrus ante quam  
initiaretur, aliquando in  
templo Deum precatus, vi-  
sus sibi est à barbaris trahi,  
vexari, occidi.

*Mors.  
præuisa.*

P. Theodorus Risuvig.

Ab hæreticis hoc ipsum,  
ad id sufficere quod Iesuita  
esset dicentibus, in carcerem  
catenamque compactus, ibi  
sexta ferè mense felicium  
ærumnarum decessit. Mo-  
riturus, num alieno esset ani-  
mo ab eo quem suæ capiui-  
tatis, adeoque mortis acce-  
leratæ, authorem esse nosset,  
rogatus respondit: se alie-  
num ab illo animum mini-

*Belga.  
Neomagi.  
4. Iulij.  
1624  
stat. 60.  
Soc. 44.*

*Charitas.*

I 4 mē